

Math.  
**110**







Mathem. 59

TYCHONIS BRAHEI  
De  
DISCIPLINIS  
MATHEMATICIS

ORATIO:

*In quâ simul Astrologia defenditur,  
Et ab Objectionibus dissentientium  
vindicatur:*

Cum Præloquio JOACH:  
CURTII HAMBURG. PHIL.  
ET MEDIC. D.

*Cujus discursus Mathematicus de certitudine  
Astronomiae, ob argumenti affinita-  
tem accessit.*



HAMBURGI,  
Ex Bibliopolio FROBENIANO.

ANNO CHRISTI C<sup>16</sup> IO C<sup>16</sup> exxi.



ஸ்ரீ ஸ்ரீ

I. N. I.

Præloquium ad Benevolum Lectorem.

**A**STRONOMIÆ STUDIUM NOBILE PRORSUS ET EGREGIUM VETERES JUDICARUNT, IMÒ PLANÈ REGIŪ: QUIPPE QUOD FACILI NOS COMPENDIO, QUANTUM NATURALE LUMEN SUPPEDITAT, IN ETERNI ET OMNIPOTENTIS DEI COGNITIONEM DUCIT ET PROVEBIT: QUEMADMODŪ CORYPHÆUS APOSTOLORŪ D. PAULUS BUJUS REI LOCUPLETISSIMUS EST TESTIS. Astrologie verò cultura, que considerat ET contemplatur effectus à motu, lumine, & influentiis Astrorū dependentes, multis ferè semper calumniis fuit obnoxia; non suo quidem merito, sed hominum nobilissimā hāc parte Physices abutentium vi-  
tis & ignorantia. Complures enim stellas sancte augustej venerati sunt, & contra uaticinia Prophetarum manifestissima felicitate suis Regibus promiserunt: quos inter Chaldaici Siderum contemplatores duxere familiam. Sed borum opinio cum sit falsissima, inq; pro-  
digiosa admodum scopulos absurditatis impingat: jam pridē quoq;  
è pomarijs Ecclesiæ relegata vanitate extabuit. Nec est obscurum,  
quam graviter & severè insignis ille Prophetarum ocellus Esaias in  
homines hocce nimium superstitiones sit inventus. Similiter turpis-  
sum hunc abusum taxavit Princeps & Antesignanus Prophetarū  
Moises: luculenter eundem ab usu vero sequestrans & sejungens.

Esaix 47.  
vers. 13.  
Deutero-  
nomij 4.  
vers. 19.

EDIVERSO MULTI REPERTI SUNT, ET ADBUC REPERIUNTUR NON PAUCI: QUI NON LEVITER IN DEFECTU PECCANT & HALLUCINANTUR, BUJUSQ; ARTIS AMATORES PARITER & CULTORES LEVITATIS REOS AGUNT & IMPETATIS: ARGUMENTIS MOTI VEL NON DEXTRÆ INTELLECTIS, VEL ETIAM MINIME BANC ARTEM FERIENTIBUS. PROINDE TUTIUS EST MEDIAM SECARE VIAM: QUAM MONSTRAVIT IN PRESENTIRATIONE PHÆNIX ASTRONOMORŪ TYCHO BRAHEUS EX OMNIBUS, QUOS SOL UNQUAM INDE A MUNDI EXORDIO CONSPEXIT, USQUE AD SUAM ETATEM NOBILISSIMUS. AB OMNI ENIM INCERTITUDINE & FALSITATE VINDICATŪ EST, BUJUS AB UNIVERSITATIS PARENTE DEO USIBUS GENERIS HUMANI & COMMODITATIBUS SIDERA DESTINATA ESSE & CONSECRATA: NON QUIDEM QUASI PRINCIPATUM QUENDAM IN HOMINES, VEL DOMINIUM SIBI VENDICARE DEBEANT VEL POSSINT, UT VERSUS ILLE NOTISSIMUS INNUIT:

Astra regunt homines, sed regit Astra Deus. Quid enim? an non hâc ratione nobilitas Anima vel in stellarum sortem & conditionem deprimenda periclitaretur? an non etiam rebus in physicis & moralibus soluta voluntas exspiraret & arbitrium liberrimum? Quapropter hujus versus sententia, nisi limitetur acutè sapientia & argutè, virtutibus Astrorum nimirū tribuit & assignat. Quid ergò est? Stelle blandè famulantur hominibus. Innumerabilis vide licet ille stellarum chorus & Exercitus, veluti Ducas & Praefecti, ceras in classes & ordines distributi nobis vigilant, inq[ue] suo ministerio suaviter abblandiuntur: Fermosissimā suā specie, prosperoq[ue] & salutari fulgore renidentes & rutilantes, instar gemmarum lucidissimarū; neg[ue] id sine singulari Harmoniâ & cōcentu, quo ea, quæ supernè sunt & infra orbē Luna vigent, sibi invicē connexa sunt & copulata. Hac enim Emphasis delitescit in Hebraeo vocabulo פָּלָק Chalak: cuius significatio, vis & potestas diversis è locis petita sensu bunc nobis suggestit, eumq[ue] suo calculo comprobat sacra Lingua peritissimi.

Deut. 4.  
vers. 19.Psal. 5. v. 10  
&c.Vide Lexi-  
con Penta-  
glotton.  
Schindleri

Quod ipsum notare si vellent & animadvertere, qui minus bonifice de sobriâ hâc judicandi arte sentiunt, quatenus intra terminos physicos coercetur: & benevolos objurgatores placare, & invidos vituperatores confutare possemus: (Verba sunt Ciceronis in Lib. 1. de naturâ Deorum) ut alteros reprehendisse peniteret, alteri didicisse se gauderent. Omne enim iudicium ad Physicam debet revocari, velut ad normam & Cynosuram, quæ notiones animi ritè hic diriger possit & informare: cuius limites transilire si volunt Naturæ consulti & ventilatores, turpiter fessedant: & saltum faciunt miserabilem simul & impium, suo vitiorum cœno egregiam hanc Physices partem lutulentam reddentes & conspurcantes.

Sed hâc prefationis loco sufficiant: nunc illud animus & votum nostrum spectat, Lectores optimi & benevoli Fautores; ut summum Artificem è fundamentis artem suam defendantem & propugnantem legatis vel audiatis. Sic enim ab illis, quæ vera sunt & experientie consentanea, vestram non cohibebitis assensionem.

1. Thessalon. 5.

Omnia probate, &amp; quod bonum est, tenete.

I. N. I

TYCHONIS BRAHEI ORATIO.

## I. N. I.

TYCHONIS BRAHEI  
ORATIO:

*Quam in regiâ Academiâ Hafniæ publicè habuit in  
concessu professorum & studiosorum, antequam susciperet  
prælectiones Mathematicas in fine*

*Anni 1574.*

Larissimi Viri, vosque studiosi Adolescen-  
res, rogatus sum non solum à quibusdam vestrum  
amicis meis, sed ab ipso etiam Serenissimo Rege  
nostro, ut nonnulla in Mathematicis disciplinis  
publicè proponerem. Id muneric etsi à meis conditionibus &  
ingenij ac exercitationis tenuitate admodum sit alienum : ta-  
men Regiæ Majestatis petitioni resistere non licuit, vestræ  
non placuit : & meapte sponte ab ineunte ætate eò propensus  
fui, ut non solum his studijs perdiscendis plurimum tempo-  
ris & laboris impenderem, sed & alios etiam ad idem factitan-  
dum multoperè instigans, eorum conatus pro virili juvarem.

Quantum enim hæ disciplinæ præ ceteris obtineant, tum evi-  
dentis certitudinis, tum incredibili jucunditate refertæ eru-  
ditionis, vix dicendo à quopiam exprimi posse arbitror. Et  
non solum in demonstrationum certitudine & scientiæ pul-  
chritudine : sed & veritate, multiplicitate cognitionis copia  
reliqua artium genera longè antecellunt, adeò ut non imme-  
rito ob id Mathematicæ, quasi sola disciplinarum nomine,  
ob excellentiam, dignæ à veteribus appellatae sint. Versatur au-  
tem hæc tota contemplatio, quæ Mathematica nomine venit,

Mathema-  
tum excel-  
lentia.

Mathema-  
tica circa  
in quid ver-  
satur,

in genere, circa quantitatum considerationem, & duabus potissimum distinguitur partibus, Geometriā videlicet & Arithmeticā: quarum hæc quantitates discretas, illa continuas metitur. Ex his igitur duabus ceu parentibus plurimæ alia eruditæ, & scitu jucundæ gignuntur Mathematicæ scientiæ: In primis verò sublimis illa, ac pariter jucundissima, motus & harmoniæ cœlestium corporum consideratrix, Astronomia, de quâ postea dicemus: ubi nonnulla prius de his duabus, Geometriā & Arithmeticā, quibus illa fundatur, præfati fuerimus. Geometriam apud Ægyptios oratam fuisse creditur: Nili inundatione agrorum limites absorbente, & hæc occasione artis necessitatem, quâ dominia agrorum denuò justè partirentur, introducente: hincque ob hujus artis primò inventam utilitatem, à terræ mensuratione, Geometriæ nomen sortitam esse, verisimile est. Quamvis nequaquam adeò vilibus sit serva officijs, ut terrarum & agrorum saltem metiatur quantitates; Sed omnem magnitudinem, figuram, proportionem, quæ intellectui comprehensibilis est, explicat: Et ad cælos usque elata, reales, ac in sensu incurrentes motuum cœlestium harmonias in certam cognitionem deducit. Huic olim in Ægypto & Græciâ plurimi certatim incubuere Artifices: quorum singuli ad Artis constitutionem aliquid contulerunt. Horum tandem inventa Euclides Megarensis uno complexus volumine, artis elementa, continuo ordine & magnâ solertiâ ita tradidit, ut à quovis mediocris ingenij acumine prædicto non difficulter percipi possent. In hac arte Archimedes Syracusanus ad miraculum usq; clarus extitit, & patriæ muros à Romanorū crebris insultibus, per machinas bellicas artis beneficio extructas, diu asseruit, classesq; hostiū per specula, igne à Sole reflectentia, admirando & ingenioso strategemate exussit: Quamvis hæc parum ad Artis commendationem faciant, cùm majora & digniora per eam præstari possint. Quanta autem hujus scientiæ sit certudo,

Astrono-  
mia unde  
gignatur.

Geome-  
tria origo.

Ratio no-  
minisGeo-  
metriæ.

Geome-  
tria sub-  
iectum.

Elementa  
Euclidæ.

Archime-  
desMathe-  
maticorū  
princeps

Geome-  
tria Enco-  
mium &  
Utilitas.

do, quanta jucunditas, & per omnes alias artes, ac in communia utilitas, verbis satis explicari non potest. Hanc veteres Philosophi statim ab ipsâ pueritiâ descendâ præcipiebant, sive quod hæc, præterquâ quod per se cognitu dignissima esset, veritatem & cohærentiâ in ceteris artibus metiretur: Sive quod per hanc exercitatâ & excitatâ ingenij acie reliquæ disciplinæ caperentur postmodum negotio longè minori; & judicium de rebus non præcipitans, sed ex iudicio causarum rationalium, aliquandiu suspensum, rectius informaretur. Vnde non immerito divinus ille Plato omnes Geometriæ ignaros à sua Schola, publicè foribus appenso edicto, arcebat, tanquam minus idoneos ad reliquam Philosophiam capessendam. Atque hinc factum esse judico, quod veteres Philosophi ad tantum eruditio[n]is fastigium conscenderint, quod Geometria à primâ pueritiâ imbuti erant, dum nos plurimos eosque optimos adolescentiæ annos Grammaticæ & linguarum studijs, quæ hi à matre nullonegotio hauserunt, infeliciter impendimus. Ex hac Geometria manat incomparabilis, & ingeniosissima illa, tamen planorum, quam Sphæricorum Triangulorum scientia; cujus beneficio tota Astrorum cognitio extructa est, & si collapsa foret, in integrum restitui posset. Ex hac Optica occultissima illa pariterque jucundissima radiorum visualium speculatio procedit: Cujus elementa Vitellio decem libris tradidit, & post illum Alhafon Arabs. Ex hac Gnomonices, quæ umbrarum & horologiorum sciotericorum in quavis superficie delineationes proponit, non minùs eruditū, quam utile procedit exercitium. Ex hac Geographia, quæ terrarum, marium & urbium dispositiones ob oculos pingit, suam duxit originem, ut nihil dicam de Architectura, aquæ-ductibus, machinis bellicis, multisque mechanicis per Geometriam inventis operibus, quibus vel manuales artifices utuntur, vel instrumenta, cœli Siderumque motibus, aliisque in terra dimensionibus observandis, idonea, conficiuntur. Unde non minus certum & jucundum

gōnīs a-  
γεωμέ-  
τρητο-  
νία.

Artes quo  
ex Geome-  
triâ proma-  
nent.  
1. Astrono-  
mia.  
2. Optica.

3. Gno-  
mone-  
rice.

4. Geogra-  
phia.

5. Archi-  
tectura &  
Mechani-  
ca.

jucundum quām multiplex & nunquam penitus exhauriendum esse Geometriæ studium liquet. Et ut verbo rem totam complectar, non est quod quisquam perfectæ eruditionis laudem, qui Geometriæ ignarus fuerit, sibi jure vendicet. Huic inter Mathematicas disciplinas succedit Arithmeticæ, quæ licet ab ipsâ Geometriâ suorum principiorum Demonstrationes sortiatur: Tamen hæc non amplius circa quantitates continuas, sed discretas versatur, totaque in numerorum contemplatione absolvitur. Hæc scientia quantam in communi vita etiam minimis sui partibus usurpata, utilitatem habeat, neminem ignorare arbitror, quamvis multò latius se extendat numerorum scientia, & non minùs quām Geometria infinitam, ac à nemine mortaliū penitus absolvendam complectatur cognitionem. Per hanc Pythagorici olim totius naturæ & ipsius etiam Dei mysteria velabant, tanquam omnia essent quemadmodum figuris & proportionibus, ita & numeris consona. Et quanquam Pythagoræ hæc in primis scientia immortalem peperit memoriam; Tamen Ægyptios & vicinas gentes hanc prius calluisse, à quibus eam Pythagoras hausit, non est dubium. Ægyptios verò hanc ab Abrahamo Patriarcha didicisse, Josephus adstipulatur; ut non minùs utilis & erudita, quām antiqua sit numerorum scientia. Ex his duabus Geometria & Arithmeticæ, alia sublimis, & à terræ fecibus remota nascitur scientia, quam Astronomiam appellant. Hæc non Terræ, maris aut ceterorum elementorum angustis claudi conten ta limitibus, per altissimum & spatioſſimum æthera, per lucidissimum Solem, & candidissimam multiformemque Lunam, omniaque alia tām Errantia, quām Inerrantia incedens Sidera, horum omnium Motus, harmonias, revolutiones, proportiones & magnitudines sublimi consideratione scrutatur. A Geometriâ quidem id mutuatur, ut per ipsam, certis & ex-  
mutuetur Astrono-  
mia, quisitis constructis organis, siderum observentur Phænomena, observataque in Hypotheses, apparentijs respondentes, redigantur,

Aarithme-  
ticæ origo  
& encomiu-

Astrono-  
miae laus  
& origo.

Quidnam  
à Geome-  
triâ & A-  
rithmetica  
mutuetur  
Astrono-  
mia.

digantur, quibus motuum intricatae varietates continuò salva-  
ri possint. Ab Arithmeticâ verò id beneficij obtinet, ut illâ Hy-  
potheses per Geometriam inventas & constitutas excipiat,  
easque in partes dispertiens, totum Æthera in numeros, qui-  
bus quovis tempore siderum cursus præfinire liceat, resolvat.  
Quamvis autem Astronomia ex his duabus hac ratione in ar-  
tem certam constituta sit: Tamen illa non solum has, sed &  
omnes alias in toto hoc genere exsuperat Artes, & velut prin-  
cipem locum obtinet. Nam & antiquitate & nobilitate ac co-  
gnitionis sublimitate præ reliquis omnibus maximam sibi  
vendicat laudem. Ut enim de Astronomiæ vetustissimâ ori-  
gine primum dicamus, quid Adami filijs antiquius? Ex quibus  
Seth siderum cognitionem invenisse, & posteris tradidisse à  
Josepho antiquitatum Judaicarum fidelissimo scriptore asse-  
ritur: eumque totam ætatem observandis & perscrutandis si-  
derum motibus impendisse, & tandem binas exstruxisse co-  
lumnas, quibus inventa sua, ne unquam è mortalium memo-  
ria perirent, insculpsérat. At quia memorabilis est iste locus,  
audiamus ipsum Josephum de antiquissima Astronomiæ o-  
rigine nos commonefacentem: sic igitur scribit Josephus lib. I  
*Ex hujus Adami liberis, Seth educatus, ubi eo ætatis venit, ut jam,*  
quod rectum esset, discernere valeret, virtutis studiis se totum dedi-  
dit, & cum ipse vir optimus evasisset, etiam nepotes sui similes post  
se reliquit. Qui, quoniam erant omnes bona indole præditi & pa-  
triam absque seditione incolebant, in perpetua felicitate vitam exe-  
gerunt, & sideralem scientiam ac cœlestium rerum cognitionem ex-  
cogitaverunt. Ne autem inventa sua ex hominum notitia dilaberentur  
(cum Adamus universalem rerum interitum fore prædictisset,  
unum incendio, diluvio alterum) excitarunt duas columnas, alteram  
latericiam, alteram lapideam, & utriq; sua inventa inscripserunt:  
ut si latericiam diluvio deleri contingenteret; lapidea superstes, ho-  
minibus discendi copiam faceret, & quæ inscripta continebat, spe-  
ctanda exhiberet. Hæc Josephus. A primis verò his Adami fi-  
lijs,

lijs, ad eorum successores, & tandem ad Patriarchas descendisse astrorum scientiam credibile est: Adeò ut idem rerum Judaicarum scriptor non dubitet subjungere, Abrahamum Patriarcham ex ijs, quæ videbat circa Solem, Lunam & reliqua Sidera apparere, primum vicinos homines docuisse, unum esse Deum rerum universitatis conditorem, & conservatorem, cuius voluntati omnia in rerum natura obsecundent: Et propterea huic soli honorem & gratias ab hominibus esse referendas. Hæc, inquam, ab Astrorum æternis & admirandis circuitibus didicisse, aliosque docuisse Abrahamum, testatur Josephus, eundemque non ita diu post in Ægyptum profectum esse, ait, atque inter alia Ægyptios non solum numerorum scientiam, ut supra dixi; sed & Astronomiam docuisse, eò quod illi ante Abrahami ad eos adventum hujus artis ignari essent. Hinc itaque patet, à primis parentibus statim circa mundi exordia inceptam esse Astrorum cognitionem, & inde ad Patriarchas quasi per manus traditam; eoque id verisimilius est, quod hi longæva ætate præditi erant, quæ requirebatur, in diligenter perquirendis intricatis illis tardiorum præsertim siderum motibus. Quantum verò ad nos in Astrorum scientia pervenit, Hipparchus Rhodius primus ejus parens censetur. Is enim fixarum loca diligenter observavit, Solisque & Lunæ cursus per plurimos subsequentes annos designavit: Ac in ceterorum Planetarum totiusque cœli observationibus diligentissimus fuit. Hujus inventis & considerationibus Ptolemæus Alexandrinus cum suis collatis, totam artem incertas Hypotheses, unaque in numeros redigit, & immortalē apud omnem posteritatem hinc meritò sibi peperit memoriam.

*Dum convexa Poli lustrabit lumine Titan:  
Et vagæ nocturnam præbebit Cynthia lucem.  
Semper bonos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.*

Coperniaci  
Eius,  
Nostra verò ætate Nicolaus Copernicus, quem alterum  
Ptole-

Lib. I. An-  
tiquitatum  
judaicarū.  
cap. 8.

Hippar-  
chus Rho-  
dius.

Ptolemei  
Encomiū.

Copernici  
Eius,

Ptolemæum non immeritò dixeris, cum desiderari quædam  
 in Ptolemæo ex observationibus à se factis deprehendisset, &  
 Hypotheses ab ipso constitutas quiddam absoni & contra-  
 axiomata Mathematica peccans admittere judicasset, nec Al-  
 phonsinam supputationem cœli motibus consentaneam in-  
 venisset: Idcirco admiranda ingenij solertia hypothesisbus  
 aliter constitutis cœlestium motuum scientiam ita restaura-  
 vit, ut nemo ante ipsum exactius de siderum motibus sit phi-  
 losophatus. Quamvis enim physicis principijs quædam con- Principia  
 traria statuat, ut Solem in centro universi quiescere, Terram Coperni-  
 cum admistis elementis moveri circa Solem motu triplici, era +  
Octavam Sphæram consistere immotam: Tamen, quoad Ma-  
 thematicæ axiomata, nihil absurdii admittit, quod in Ptole-  
 maicis & usitatis Hypothesisibus, si rem penitus introspicias, a-  
 nimadvertere licet. Hæ enim siderum motus in suis Epicyclis  
 & Eccentricis, respectu eorundem circulorum centri, irregu-  
 lares, quod absurdum est, constituunt, regularemque siderum  
 motum per irregularitatem inconvenienter salvant. Ex his  
 duobus artificiis Ptolemæo & Copernico, omnia illa quæ  
 nostra ætate, in astrorum revolutionibus, perspecta & cognita  
 habemus, constituta ac tradita sunt. Et danda erat meritò  
 opera, ne hæc divina eorum inventa è mortalium cognitione  
 perirent: Sed ut diligenter cognoscerentur ac illustrarentur.  
 Et, si quæ in illis (quod in tam perplexa, ac sublimi scientia ali- Adminicu  
 terfieri non potest) desiderarentur, per crebras siderum ob- la conser-  
 servationes, ac observationum in Hypothesum & numero- vandæ &  
 rum correctione distributiones restituerentur. Quid enim illustrādæ  
 hac scientia potest esse nobilius? quid præstantius? Quæ non Astrono-  
 in terrestribus, momentaneis & fluxis rebus occupatur; sed mix.  
 circa æterna illa, & nulli alterationi obnoxia cœli corpora, in- Astrono-  
 geniosâ & perjucundâ contemplatione versatur: Est ubi ver mix digni-  
 æternum, ubi semper. tas & præ-  
stantia.

*Lucidus appetet Titan, nullisq; tenebris*

B 2

*Læditur*

*Læditur alma dies, non illic nubifer austus,  
Vesanusq; aquilo, non illic bella, nec enses :  
Omnia sed leta placidaq; quiete geruntur.*

Quapropter, quantum ætherea illa moles, hanc inferiorem, naturam sua magnitudine, forma, motus perpetua & admiranda lege, ac delectabili pulcritudine antecellit : tanto ceteris artibus, quæ circa hæc inferiora & caduca occupantur, nobilior & præstantior jure meritoque censeri debet. Cujus sublimem dignitatem, non humilia & terræ, more pecudum, affixa capiunt ingenia : sed quibus igneus inest vigor & cœlestis origo. Quid quæso pulcrius, & homine dignius esse potest quam immensam illam cœli machinam, Luminarium, stellarum omnium intricatas & admirandas vicissitudines, motumque jucundissimas harmonias suo submittere ingenio? Vident quidem imperiti, Solem oriri & occidere; Lunam crescere & minui ; Stellas in cœlo micare : Sed in his nihil animadvertisunt, quod non à brutis etiam animantibus videri queat. Non vident, Solem ab occasu in ortum motui diurno per obliquum circulum contraniti, & id quidem inæqualiter : Atque per hunc motum anni quantitatem, & dierum noctiumque inæqualitatem efficere. Non animadvertisunt, Lunam nunc cursum intendere, nunc remittere, interdum terræ propiorem, interdum longius à terra remotam esse. Ceteros insuper quinque planetas non considerant, diurno motui etiam in contrarium ferri, idque dispari gressu, nunc cursum accelerare, nunc retardare, aliquando etiam consistere, & nonnunquam priora vestigia relegere, eosdem dum hunc cursum in Zodiaci longitudine peragrande, variè interea ab orbita Solis, tam versus austrum, quam Boream sese inflectere. Hæc, inquam, & multa alia, quæ in admirandis cœlestium corporum motibus indesinenter fiunt, Astronomiæ artis imperiti, non vident ; nec, si cernere possent, causas tantarum diversitatum intelligunt. Quis hujus artis inscius animadverteret Solem,

qui

Discrimen  
inter Astro-  
nomicam  
& vulga-  
rem cœli  
contem-  
plationem.

qui nobis non usque adeò magnus apparet, vera tamen quantitate centum sexaginta duabus vicibus majorem esse toto orbe terrarum & marium ; cum Luna, quæ illi æqualis videatur, vix sit quadragesima terræ portio ? Quis ceteras Stellas tantam obtainere magnitudinem sibi persuaderet, ut nulla sit inter minimas fixas, quæ non aliquoties terræ molem sua, quantitate exsuperet, cùm maximæ & primum honorem sortitæ plus centies terra majores deprehendantur ? Hæc, inquam, & plurima alia, maxima hominum pars, quæ hujus artis ignara est, non considerat : Et in hoc pulcerrimo opificio homo medius constitutus, tanquam cæcus oberrat, non intelligens domus illius, ut ita dicam, quæ circumdatur, structuram & ornamenta ; sed ceterorum animalium more in terram pronus nil nisi terrenum & caducum, voluptates, divitias, honores, luxum & cetera hujus mundi ludicra spectacula, quæ omnia secum mors abolet, sectatur : Siquidem Deus illi præ ceteris animantibus.

— *O sublimè dedit, cœlosque tueri  
Fusit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

De utilitate autem Astronomiæ quid opus est multa commemorare, cùm sine Annorum, Mensium & Dierum intervallis, ac certa designatione, quæ ab Astronomia procedit, nulla Politia, nulla respublica consistere possit ? Ut de pluribus alijs evidenter utilitatibus, quas Astronomiæ cognitio in communi vita affert, nil dicam : Jam etiamsi hæc ars alijs prorsus nihil commoditatis haberet : Tamen ipsa per se talis est, ut meritò à liberalibus ingenij ejus cognitio expeti debet. Nam ingenium hominis incredibili & jucunda delectatione afficit & acuit ; cogitationesque, in quibus vita illius consistit, à terrenis his, ridiculis, & caducis rebus, ad cœlestes, serias & fixas contemplationes avocat, hominemque ipsum vera voluptate, simili quodammodo cœlestium incolarum, ultra mortalem sortem evehens, afficit & recreat. Unde hæc à

Astrono-  
mix Utili-  
tas.

Ptolemæo prolata, non solum ab ipso, sed à quovis divinæ illius Astronomiæ gnaro jure meritoque jactari possunt:

*Quamvis mortalis vescor mortalibus auris,*

*Et quoque mortali conditione premor:*

*Cum tamen æthereos sublimi mente meatus*

*Scrutor, & assiduis Astrarotata viis:*

*Haud ego mortalis, neque mens in corpore sordet*

*Mortali; aut terræ pes mibi tangit humum;*

*Sed sublime Polo caput ultra nubila tollens,*

*Cum Jove cœlesti perfruor Ambrosia.*

Quorsum verò sapiens ille, & providus rerum universitatis auctor, tām admirandas & perpetuas motuum cœlestium leges, tanta diversitate, & tām continua harmonia effinxisset, si eas ab hominibus, quorum causa omnia visibilia condidit, ignorari voluisset? Jam potius hæc indefesso labore indagari voluit, ut ipsius Majestas & Sapientia, hinc à mortalibus perspici, & celebrari posset. Quapropter, post Dei veram & legitimam cognitionem, nobis in verbo divinitus dato revelatam, nihil hominis naturæ magis proprium, & fini, propter quem homo in terra, mundi centro, conditus & collocatus est, magis consentaneum esse judico; quam ut inde, tanquam è loco medio, ea, quæ in tota mundi fabrica, imprimis verò in cœlesti illa, & fulgentissima tot perpetuarum stellarum Regia, eluent, prospectans, jucunda hac, & ingeniosa contemplatione ætatem suam suaviter transigat, Deumque opificem in his suis sapientissimis & varijs operibus agnoscens, merita cum veneratione & laude celebret. Quamvis enim in hac inferiori natura, mirabilia extent divinæ ejus Sapientiæ testimonia: tamen nusquam magis elucet ejus Sapientia & Majestas, quam in æterno illo immenso cœli stellarumque omnium, Theatro. Unde non immerito dixit Eobanus:

*Qui negat esse Deum, cælos & sidera spectet:*

*Sidera qui spectat, jurat is esse Deum.*

Inter præcipuas verò & maximas Astronomiæ utilitates, hæc, quam-

Finis ho-  
minis.

Alia Astro-  
nomiæ uti-  
litas.

quamvis à vulgi captu remota sit, numerari debet: Quod ex deprehensis Siderum per Astronomiam motibus eorundemque quo ad Zodiacum & cardines mundi positum, hinc de mutationibus, quæ in subiecto elementari fiunt, & de humanis casibus, quatenus hi astris subjiciuntur, judicium ferre multaque prævidere liceat. Non enim dubium est, hunc inferiorem mundum à superiore regi & imprægnari:

— *O quam mira & magna potentia cæli est;*  
*Quo sine nil pareret tellus, nil gigneret æquor.*

Hinc nata est alia occultior, & à sensibus externis magis separata scientia, quam Astrologiam appellant. Hæc enim de effectibus & influentia Siderum in elementarem mundum & corpora, quæ ex elementis constant, judicium profert. At quia in Astrologiæ mentionem incidimus, & hæc partim *Astrologia thematicæ*, partim *physica* est cognitio, multiique sint, qui, cùm alias Mathematum partes ita suis demonstrationibus stabilitas esse viderent, ut eas in dubium vocare non possent; *Quis enim à Geometrâ edoctus*, omnes Trianguli tres angulos simul sumptos esse æquales duobus rectis non fatebitur? *Quis Arithmetico negabit*, quinque esse radicem quadratam de viginti quinque? *Quis Astronomo*, Solem & Lunam oriri atque occidere? Nescio enim an in ceteris stellis idem fieri deprehenderunt? Hæc inquam & similia in his Mathematum partibus, cùm negare non possent, in solam Astrologiam fuerunt injurij, & in hanc omnia tela converterunt. Quapropter non abs re me facturum existimo, si hoc loco primum aliqua in confirmationem certitudinis Astrologiæ in medium adduxero, & deinde adversariorum objectionibus breviter respondero.

Astrorum negare vires & influentiam, est, Sapientiæ & providentiæ divinæ detrahere: lac manifestæ experientiæ contradicere. Quid enim iniquius & absurdius de Deo cogitari possit, quam ipsum amplissimum hoc admirandū omnium probatur.

I. Ab ordi-  
natione  
Divinā,

um cœlorum, torque splendentium stellarum theatrum fru-  
stra, ac in nullos usus fabricasse, cum nemo hominum,  
viliissimum quidem opus, nisi in certos usus conficiat? Quod  
enim annorum, & mensium, dierumque discrimina per cœ-  
lum, tanquam perpetuum & indefessum horologium, metia-  
tur, id non sufficienter machinæ cœlestis declarat utilitatem  
& fructum. Hæc enim, quæ ad temporis mensuram faciunt,  
ex solo lumeniarum cursu, & primi mobilis revolutione de-  
pendent. Quorsum ergo quinque alij proprijs & diversis sphæ-  
ris multiformiter circumacti Planetæ? Quorsum tardigra-  
dum Saturni Sidus, quod triginta annis semel periodum suam  
absolvit? Quorsum fulgidum Jovis Jubar, duodecim annis cir-  
cumactum? Quorsum Martius ille fulgor biennio sese revol-  
vens? Quid Veneris amicabilis stella, Solem perpetuo comi-  
tata, eum nunc mane antecedens, nunc vesperi subsequens, o-  
perabitur? Quid varium, & unâ circa Solem diversimodè re-  
volutum Mercurij sidus efficiet? Num hæ omnes Stellæ cum  
suis amplissimis sphæris, & intricatis ac stupendis motibus,  
frustra erunt conditæ? Quorsum tota Octava Sphæra tot in-  
numeris lucidissimis, & variè dispositis, ac tardissimo motu  
præditis Stellis referta? An & hæ omnes, quas ob motus tardii-  
tatem fixas appellant, otiosæ & nullius utilitatis erunt? Id  
enim necessariò inde sequeretur, si cœlum & cuncta, quæ in  
eo continentur, lucidissima & perpetua corpora, temporis sal-  
tem distinctioni inservirent. Deus ergo incassum aliquid ope-  
ratus est? Deus tanti artificij, tantæque Machinæ, nullum fi-  
nem & usum prævidit? Id quæm absurdum sit cogitare, nedum  
credere, ex ipsius Dei perfectissima sapientia demonstratur;  
& ex minimis quibusque, in hac inferiori natura, creatis rebus,  
manifestè cernere liquet. Nulla enim herba tam exigua, nul-  
lum minerale & metallum tam abjectum, nullum animalcu-  
lum tam vile, quin insigni aliqua ac propria, & specifica virtu-  
te sit prædictum; idque in tantum, ut omnibus ejus operatio-  
nibus

nibus ac viribus indagandis, humani ingenij solertia hactenus non suffecerit; adeo ut ne minimæ herbæ omnes proprietates & virtutes nobis adamussim cognitas esse existimem. Si igitur Deus in his exiguis, ex corruptilibus Elementis constantibus, & ob id alterationi ac dissolutioni obnoxiiis rebus, tantum indidit virium & efficaciæ, ut earum virtutes & proprietates nunquam satis percipi possint; quanto plus in maximis illis, lucidissimis, perfectissimis, æternis & ab alteratione ac dissolutione immunibus cœli corporibus idem præstisit? Quapropter Moses causam allaturus, cur Deus cœlum, Luminaria & stellas cōdiderit, non solum dicit in Tempora Dies & Annos, sed etiam ut sint signa, hæc omnia esse fabricata. Si igitur cœlestia corpora à Deo, ut sint in Signa, constituta sunt; necessariò eadem aliqua significant; eaque hominibus, quorum causa creata sunt. Significare autem ea, quæ Deus in arcano consilio conclusit, cuius nulla creatura est particeps, non possunt; quod & ordinarius eorum & perpetuus, sibiique semper similis motus ostendit, qui nunquam aliquid novi, aut ab itinere præfinito devians admittit. Id enim fieri oportebat, si Deus per stellas nonnunquam eorum aliquid, quæ in arcano consilio concluserat, sive iræ, sive gratiæ testimonia, mundo indicare vellet: quorum tamen ipsæ causæ effectrices non essent. Necessariò igitur cœlestia corpora suam significacionem, à Deo ab initio indita virtute, deducunt, ideoque & causas esse eorum, quæ significant, inducitur. Nec propterea omnipotentiæ & libertati divinæ, quæ nullis alligatur causis secundis, quicquam detrahitur. Quamvis enim Deus sit perfectum & liberum agens, nullis naturæ astrictus legibus; Attamen ordinem à se ipso constitutum non vult facile perversere; sed eum potius in firmo & perpetuo statu, usq; ad mundi consummationem, conservare. Et quamvis Deus immedia- tè omnia agere potuisset, lucem præbere sine Sole, terram humectare sine pluvijs, nos alere sine cibo & potu, custodire à

frigore sine indumentis; Tamen ejus imperscrutabili sapientia ita placuit, ut hæc, & omnia alia, quæ in mundo ordinariè operatur, mediatè à se procedant. Imò mysterium redemptio-nis humani generis, cùm ab ipsius omnipotentia immediate absolvi potuisset: Tamen non sine medio, filio videlicet uni-genito, sibi coæterno, humanam naturam, miraculo omnium hominum captum excedente, assumpturo, nosq; per sui ipsius victimam redempturo, perfici voluit. Cum igitur Deus omnia ferè mediatè agat, non quod immediate agere non possit, sed nolit; quid quæso impietatis erit, afferere ipsum hunc inferiorem mundum per superiorem regere & gubernare? ita tamen ut causæ secundæ à prima, cùm libitum fuerit, facile everti possint. Apparet igitur, quām iniquè ordinationi & providentiæ divinæ contradictant, qui astrorum nullam esse afferunt in hæc inferiora influentiam.

II. Ab Experientia.

I.

Nec minus in manifestam experientiam peccant, cui contradicere non est hominis sani judicij. Quis non animad-vertit, diversitatem qualitatum in quatuor anni temporibus ex Solis accessu & recessu, ac ordinario per Zodiaci dodecate-moria transitu provenire? Sic videmus crescente Luna, omnia quæ ejus naturæ analoga sunt, ut cerebrum in animantibus, medullas ossium & arborum, cancerorum & concharum carnes, multaque alia unâ crescere; ipsa verò decrescente, hæc ea-dem imminui. Imò & vastissimi illius Oceani fluxus, atque re-fluxus motui Lunari, quasi per catenam, alligatus est; ut statim oriente Luna, incipiat mare fluere, donec ipsa medium cœli cardinem attigerit; quo tempore id ipsum in occasum usque Lunæ refluit; eandemque vicissitudinem, Lunâ per inferius Hemisphærium transeunte, servat. Hæc tamen omnia fortius & efficacius expediuntur cùm Luna Soli in Novilunio con-jungitur, aut eidem in Plenilunio è diametro opponitur: cir-ca medias verò quadraturas debilius & lentius, ut non sit du-bium, ab utroque motu Lunæ, tam universali, quām proprio, pendere

Causa flu-xus & re-fluxus ma-rini.

pendere admirandam totius Oceani exæstuationem. Hæc & his similia etiam Artis imperiti norunt. Sed & nautæ atque agricolæ certarum fixarum ortus & occasus crebra experientia notârunt: Unde anniversarias tempestates videre & præcavere possunt. Peritores verò, & in hac arte abstrusa exercitati deprehenderunt, quid aliarum etiam inerrantium stellarum mutuæ, aut cum luminaribus vel fixis configurationes efficiant. Hincque aëris constitutionem in quatuor anni temporibus singulis annis varie affici observârunt. Sic deprehensum est, Martis & Veneris commixtiones in aptis cœli locis, excitare pluvias, imbræ, nonnunquam verò fulmina, tonitrua. Jovem & Mercurium, ubi fortiter configurantur, ventorum & tempestatum significationes obtinere; Solem Saturno permixtum aërem efficere turbidum & inamoenum; Hæcque præsertim, si in evidentes Luminarium Syzygias, aut cum exortu illustrium Fixarum hæc vel similes constitutiones incidrent. Sic inde à vetustissimis rei rusticæ scriptoribus, Poëtis, & 30. 40. 50. 60. 70. 80. 90. 100. 110. 120. 130. 140. 150. 160. 170. 180. 190. 200. 210. 220. 230. 240. 250. 260. 270. 280. 290. 300. 310. 320. 330. 340. 350. 360. 370. 380. 390. 400. 410. 420. 430. 440. 450. 460. 470. 480. 490. 500. 510. 520. 530. 540. 550. 560. 570. 580. 590. 600. 610. 620. 630. 640. 650. 660. 670. 680. 690. 700. 710. 720. 730. 740. 750. 760. 770. 780. 790. 800. 810. 820. 830. 840. 850. 860. 870. 880. 890. 900. 910. 920. 930. 940. 950. 960. 970. 980. 990. 1000. 1010. 1020. 1030. 1040. 1050. 1060. 1070. 1080. 1090. 1100. 1110. 1120. 1130. 1140. 1150. 1160. 1170. 1180. 1190. 1200. 1210. 1220. 1230. 1240. 1250. 1260. 1270. 1280. 1290. 1300. 1310. 1320. 1330. 1340. 1350. 1360. 1370. 1380. 1390. 1400. 1410. 1420. 1430. 1440. 1450. 1460. 1470. 1480. 1490. 1500. 1510. 1520. 1530. 1540. 1550. 1560. 1570. 1580. 1590. 1600. 1610. 1620. 1630. 1640. 1650. 1660. 1670. 1680. 1690. 1700. 1710. 1720. 1730. 1740. 1750. 1760. 1770. 1780. 1790. 1800. 1810. 1820. 1830. 1840. 1850. 1860. 1870. 1880. 1890. 1900. 1910. 1920. 1930. 1940. 1950. 1960. 1970. 1980. 1990. 2000. 2010. 2020. 2030. 2040. 2050. 2060. 2070. 2080. 2090. 2100. 2110. 2120. 2130. 2140. 2150. 2160. 2170. 2180. 2190. 2200. 2210. 2220. 2230. 2240. 2250. 2260. 2270. 2280. 2290. 2300. 2310. 2320. 2330. 2340. 2350. 2360. 2370. 2380. 2390. 2400. 2410. 2420. 2430. 2440. 2450. 2460. 2470. 2480. 2490. 2500. 2510. 2520. 2530. 2540. 2550. 2560. 2570. 2580. 2590. 2600. 2610. 2620. 2630. 2640. 2650. 2660. 2670. 2680. 2690. 2700. 2710. 2720. 2730. 2740. 2750. 2760. 2770. 2780. 2790. 2800. 2810. 2820. 2830. 2840. 2850. 2860. 2870. 2880. 2890. 2900. 2910. 2920. 2930. 2940. 2950. 2960. 2970. 2980. 2990. 3000. 3010. 3020. 3030. 3040. 3050. 3060. 3070. 3080. 3090. 3100. 3110. 3120. 3130. 3140. 3150. 3160. 3170. 3180. 3190. 3200. 3210. 3220. 3230. 3240. 3250. 3260. 3270. 3280. 3290. 3300. 3310. 3320. 3330. 3340. 3350. 3360. 3370. 3380. 3390. 3400. 3410. 3420. 3430. 3440. 3450. 3460. 3470. 3480. 3490. 3500. 3510. 3520. 3530. 3540. 3550. 3560. 3570. 3580. 3590. 3600. 3610. 3620. 3630. 3640. 3650. 3660. 3670. 3680. 3690. 3700. 3710. 3720. 3730. 3740. 3750. 3760. 3770. 3780. 3790. 3800. 3810. 3820. 3830. 3840. 3850. 3860. 3870. 3880. 3890. 3900. 3910. 3920. 3930. 3940. 3950. 3960. 3970. 3980. 3990. 4000. 4010. 4020. 4030. 4040. 4050. 4060. 4070. 4080. 4090. 4100. 4110. 4120. 4130. 4140. 4150. 4160. 4170. 4180. 4190. 4200. 4210. 4220. 4230. 4240. 4250. 4260. 4270. 4280. 4290. 4300. 4310. 4320. 4330. 4340. 4350. 4360. 4370. 4380. 4390. 4400. 4410. 4420. 4430. 4440. 4450. 4460. 4470. 4480. 4490. 4500. 4510. 4520. 4530. 4540. 4550. 4560. 4570. 4580. 4590. 4590. 4600. 4610. 4620. 4630. 4640. 4650. 4660. 4670. 4680. 4690. 4700. 4710. 4720. 4730. 4740. 4750. 4760. 4770. 4780. 4790. 4800. 4810. 4820. 4830. 4840. 4850. 4860. 4870. 4880. 4890. 4900. 4910. 4920. 4930. 4940. 4950. 4960. 4970. 4980. 4990. 5000. 5010. 5020. 5030. 5040. 5050. 5060. 5070. 5080. 5090. 5090. 5100. 5110. 5120. 5130. 5140. 5150. 5160. 5170. 5180. 5190. 5190. 5200. 5210. 5220. 5230. 5240. 5250. 5260. 5270. 5280. 5290. 5290. 5300. 5310. 5320. 5330. 5340. 5350. 5360. 5370. 5380. 5390. 5390. 5400. 5410. 5420. 5430. 5440. 5450. 5460. 5470. 5480. 5490. 5490. 5500. 5510. 5520. 5530. 5540. 5550. 5560. 5570. 5580. 5590. 5590. 5600. 5610. 5620. 5630. 5640. 5650. 5660. 5670. 5680. 5690. 5690. 5700. 5710. 5720. 5730. 5740. 5750. 5760. 5770. 5780. 5790. 5790. 5800. 5810. 5820. 5830. 5840. 5850. 5860. 5870. 5880. 5890. 5890. 5900. 5910. 5920. 5930. 5940. 5950. 5960. 5970. 5980. 5990. 5990. 6000. 6010. 6020. 6030. 6040. 6050. 6060. 6070. 6080. 6090. 6090. 6100. 6110. 6120. 6130. 6140. 6150. 6160. 6170. 6180. 6190. 6190. 6200. 6210. 6220. 6230. 6240. 6250. 6260. 6270. 6280. 6290. 6290. 6300. 6310. 6320. 6330. 6340. 6350. 6360. 6370. 6380. 6390. 6390. 6400. 6410. 6420. 6430. 6440. 6450. 6460. 6470. 6480. 6490. 6490. 6500. 6510. 6520. 6530. 6540. 6550. 6560. 6570. 6580. 6590. 6590. 6600. 6610. 6620. 6630. 6640. 6650. 6660. 6670. 6680. 6690. 6690. 6700. 6710. 6720. 6730. 6740. 6750. 6760. 6770. 6780. 6790. 6790. 6800. 6810. 6820. 6830. 6840. 6850. 6860. 6870. 6880. 6890. 6890. 6900. 6910. 6920. 6930. 6940. 6950. 6960. 6970. 6980. 6990. 6990. 7000. 7010. 7020. 7030. 7040. 7050. 7060. 7070. 7080. 7090. 7090. 7100. 7110. 7120. 7130. 7140. 7150. 7160. 7170. 7180. 7190. 7190. 7200. 7210. 7220. 7230. 7240. 7250. 7260. 7270. 7280. 7290. 7290. 7300. 7310. 7320. 7330. 7340. 7350. 7360. 7370. 7380. 7390. 7390. 7400. 7410. 7420. 7430. 7440. 7450. 7460. 7470. 7480. 7490. 7490. 7500. 7510. 7520. 7530. 7540. 7550. 7560. 7570. 7580. 7590. 7590. 7600. 7610. 7620. 7630. 7640. 7650. 7660. 7670. 7680. 7690. 7690. 7700. 7710. 7720. 7730. 7740. 7750. 7760. 7770. 7780. 7790. 7790. 7800. 7810. 7820. 7830. 7840. 7850. 7860. 7870. 7880. 7890. 7890. 7900. 7910. 7920. 7930. 7940. 7950. 7960. 7970. 7980. 7990. 7990. 8000. 8010. 8020. 8030. 8040. 8050. 8060. 8070. 8080. 8090. 8090. 8100. 8110. 8120. 8130. 8140. 8150. 8160. 8170. 8180. 8190. 8190. 8200. 8210. 8220. 8230. 8240. 8250. 8260. 8270. 8280. 8290. 8290. 8300. 8310. 8320. 8330. 8340. 8350. 8360. 8370. 8380. 8390. 8390. 8400. 8410. 8420. 8430. 8440. 8450. 8460. 8470. 8480. 8490. 8490. 8500. 8510. 8520. 8530. 8540. 8550. 8560. 8570. 8580. 8590. 8590. 8600. 8610. 8620. 8630. 8640. 8650. 8660. 8670. 8680. 8690. 8690. 8700. 8710. 8720. 8730. 8740. 8750. 8760. 8770. 8780. 8790. 8790. 8800. 8810. 8820. 8830. 8840. 8850. 8860. 8870. 8880. 8890. 8890. 8900. 8910. 8920. 8930. 8940. 8950. 8960. 8970. 8980. 8990. 8990. 9000. 9010. 9020. 9030. 9040. 9050. 9060. 9070. 9080. 9090. 9090. 9100. 9110. 9120. 9130. 9140. 9150. 9160. 9170. 9180. 9190. 9190. 9200. 9210. 9220. 9230. 9240. 9250. 9260. 9270. 9280. 9290. 9290. 9300. 9310. 9320. 9330. 9340. 9350. 9360. 9370. 9380. 9390. 9390. 9400. 9410. 9420. 9430. 9440. 9450. 9460. 9470. 9480. 9490. 9490. 9500. 9510. 9520. 9530. 9540. 9550. 9560. 9570. 9580. 9590. 9590. 9600. 9610. 9620. 9630. 9640. 9650. 9660. 9670. 9680. 9690. 9690. 9700. 9710. 9720. 9730. 9740. 9750. 9760. 9770. 9780. 9790. 9790. 9800. 9810. 9820. 9830. 9840. 9850. 9860. 9870. 9880. 9890. 9890. 9900. 9910. 9920. 9930. 9940. 9950. 9960. 9970. 9980. 9990. 9990. 10000. 10010. 10020. 10030. 10040. 10050. 10060. 10070. 10080. 10090. 10090. 10100. 10110. 10120. 10130. 10140. 10150. 10160. 10170. 10180. 10190. 10190. 10200. 10210. 10220. 10230. 10240. 10250. 10260. 10270. 10280. 10290. 10290. 10300. 10310. 10320. 10330. 10340. 10350. 10360. 10370. 10380. 10390. 10390. 10400. 10410. 10420. 10430. 10440. 10450. 10460. 10470. 10480. 10490. 10490. 10500. 10510. 10520. 10530. 10540. 10550. 10560. 10570. 10580. 10590. 10590. 10600. 10610. 10620. 10630. 10640. 10650. 10660. 10670. 10680. 10690. 10690. 10700. 10710. 10720. 10730. 10740. 10750. 10760. 10770. 10780. 10790. 10790. 10800. 10810. 10820. 10830. 10840. 10850. 10860. 10870. 10880. 10890. 10890. 10900. 10910. 10920. 10930. 10940. 10950. 10960. 10970. 10980. 10990. 10990. 11000. 11010. 11020. 11030. 11040. 11050. 11060. 11070. 11080. 11090. 11090. 11100. 11110. 11120. 11130. 11140. 11150. 11160. 11170. 11180. 11190. 11190. 11200. 11210. 11220. 11230. 11240. 11250. 11260. 11270. 11280. 11290. 11290. 11300. 11310. 11320. 11330. 11340. 11350. 11360. 11370. 11380. 11390. 11390. 11400. 11410. 11420. 11430. 11440. 11

mixtionibus in effectum stimulentur. Habent se enim stellæ fixæ in cælo veluti matres, quæ nisi à septem errantibus stellis stimulentur, & impregnentur, steriles sunt, & nihil in hac inferiori natura progignunt. Quām sæpè observatum est, Eclipses Luminarium, præsertim solares aut evidentes Lunares non caruisse insigni aliquo eventuum effectu? Magnas etiam ponderosiorum Planetarum conjunctiones, ingentes mutationes in hoc inferiori mundo efficere, experientia sæpe docuit. Sic Anno M.D. LXIII. cum magna contigisset Saturni & Jovis combinatio in initio Leonis partiliter, juxta stellas nebulosas Cancri, quas Ptolemæus suffocantes & pestilentes vocavit: Nonne sequentibus aliquot annis universalis per totam Europam grassabatur pestis, innumerabilem hominum multitudinem absorbens, quæ Astrorum influentiam nimis certo eventu comprobavit. Sed longum foret omnia exempla experientiæ Astrologicæ recensere, quæ indies veri & diligenter artifices observant.

*Specialis siderum in astrorum in hanc inferiorem mundum, & in aëris mutationem in hominem in nobis scrupulus restat enucleandus, cœlum videlicet & cœlestia corpora non solum in subjectum aerem atque elementa; sed in ipsum etiam hominem diversimodè influere. Id enim plerique quamvis priora, manifesta experientia convicti, concedant, nequaquam admittunt: Et hominem siderum efficaciæ non esse subditum suis quibusdam ducti rationibus contendunt. At nos contrà ostendemus, cœlum non solum in aëra, sed in ipsum quoque hominem influere. Cùm enim homo ex elementis constet, & à terra formatus sit; necesse est, ut easdem conditiones subeat, quas obtinent res, è quibus constet. Præterea aer ipse, quem haurimus, & ex quo non minus, quām ex cibo & potu alimur, cùm variè afficiatur à cœli influentia, ut prius demonstravimus; necesse est nos unâ diversimodè affici. Ut intereâ taceam id, quod omnium intellectui non penitus*

tus est obvium ; hominem ex ipso cœlo occulta quadā ratione plus vivere & nutrirī, quām vel aere, vel aqua, ullisq; alijs his inferioribus ac elementaribus rebus, & incredibilem cum cognatis astris obtainere familiaritatem , ut non immeritō animas nostras partē esse ipsius cœli , veteres Philosophi dixerint. Tota insuper humani corporis structura ita est proprietatibus septem errantium stellarum analoga , ut similes ferè operationes hæc in corpore nostro cum Planetarum in cœlis natura sortiatur. Sic cor in humano corpore vitali- um spirituum auctor , Soli cœlesti , à quo mundo vivi fucus procedit calor , æquiparatur. Sic cerebrum in homine Lunæ cœlesti assimilatur , & ad ipsius crescentiam & decre- scentiam etiam augetur & diminitur , humidamque Lu- næ naturam æmulatur. Quemadmodum vero cor & ce- rebrum duo maxima in corpore nostro sunt membra : Sic etiam Sol & Luna , quibus hæc sunt analoga , maximè prin- cipalia sunt in cœlo luminaria. Et veluti inter cor & ce- rebrum maxima intercedit familiaritas ; sic etiam inter So- lem & Lunam in ipso cœlo multiplex cernitur combinatio : Adeò ut Luna non nisi à Sole suum sortiatur lumen ; & ejus motus ad Solis cursum adeò sit alligatus , ut circulorum suo- rum revolutiones respectu metæ Solaris cursus perpetuo ab- solvat. Post hæc duo principalia in corpore nostro mem- bra, alia duo minus quidem principalia , sed admodum utilia existunt, Jecur videlicet & Renes , quæ duobus beneficis & utilibus , non tamen ita ut Sol & Luna , principalibus Plane- tis , assimilantur. Epar quidem , quod officina est san- guinis , in quo cum vita consistat , sanguineo & vitali Pla- netæ , Jovi est simillimum . Renes autem , qui gene- rationi deputatis membris vires largiuntur , Veneri pro- lifico Planetæ , & generationum Matri æquiparantur. Duo insuper alia corporis nostri , non solum respectu cordis & cerebri , minus principalia , sed etiam , quoad cetera-

4.  
Analogia  
septē prin-  
cipialium  
membrorū  
corporis  
humani  
eum septē  
Planetis.  
Cor. ☺  
Cerebrū )

Splen ♂.

Fel ♂.

Pulmo ♀.

vilioribus officijs destinata membra, Splen & Fel, duobus vi-  
lioribus, & minus benevolis Planetis, Saturno & Marti alli-  
gantur: Ea ratione, ut Splen, quod atræ bilis est receptaculum,  
Saturno Melancholici humoris præsidi: Fel autem Choleræ  
domicilium, Marti cholericō & iracundo Planetæ assimiletur.  
Restat nunc Pulmo, qui mutabilis illius & celeris Mercurij vi-  
cem obtainens, perpetua agitatione in corpore nostro move-  
tur: Aëremque & spiritum suo motu attrahens cordis refo-  
cillationi impertit; non aliter quam Mercurius in cœlo ven-  
tosus & aerius Planeta censemur, semperque Soli præstò est ejus-  
que mandata, nunc hac nunc illac discurrens, exequitur. Pul-  
mo insuper loquelæ ac voci inservit, non aliter quam Mercu-  
rius munus facundi Oratoris ac loquelæ præsidis inter ceteros  
Planetas obtinere perhibetur. Cum itaque tanta sit analogia  
inter septem Planetas & inter septem principalia membra in-  
corpore nostro, adeoque sibi omnia consentiant, ut quasi ad  
ideam superioris mundi formatus esse videatur, ideoque non  
immeritò à Philosophis Microcosmus appelletur: Quis igi-  
tur unquam sanæ mentis negare poterit, cœlestia corpora in  
humana, quibus tanta officiorum similitudine devincta sunt,  
influere?

5.

Unde etiam experientia edocti compertum habemus,  
eos, qui nascuntur, cum Luna à maleficis Planetis afficitur, ali-  
isque infeliciter collocatur, cerebro minùs esse robusto, & plus  
rimis ejus passionibus obnoxios; adeò, ut si Mercurius unà ma-  
lè afficiatur, Lunamque non aspiciat, planè stupidos, qui sic  
nascuntur, effici. Videmus etiam eos, qui Lunaribus ægri-  
tudinibus, caduco & ejus speciebus afficiuntur, vehementiores  
& crebriores paroxismos, circa Novilunia, Plenilunia & me-  
dias quadraturas experiri: Plurimos etiam non nisi circa hæc  
tempora mutationum lunarium malè affici. Sic etiam hydro-  
pici ex saluum in corpore resolutione, quibus Luna non mi-  
nùs quam mari præest, gravissime semper circa plenilunia tor-  
quentur

quentur, eò quod resolutio illa, cum Luna plena jam, in plenum statum advecta sit; ideoque omnes ferè hydropici circa plenilunia moriuntur. Observatum etiam est eos, quibus Sol à Saturno vel Marte læditur, crebra cordis palpitatione & debilitate laborare. Si verò ambo Luminaria Apheticam & vitalem significationem sortita, tum etiam ascendens malè se habeat: eos qui sic nascuntur imbecilliori valetudine vexari, & minus vitales esse. Atque hoc modo etiam in ceteris Planetis, eorumque significatis experiri licet, ea se in homine eodem modo habere, quemadmodum & hi in Genethliaca constitutione benè vel male affecti erant. Videmus etiam in singulis hominibus magnam naturarum diversitatem: Nonnullos altas res, & à vulgi captu remotas scrutari, quos Saturni altissimum sidus feliciter tinxit: Quosdā judicialibus & politicis negotijs magis affici, quibus Jovialis affulsit splendor: Nonnullos nil nisi bella, cædes, tumultus, & rixas spirare, quos Martius exagitat fervor: Alios honores, dignitates, rerumque domnia, Solari influentia, affectare. Sunt qui ætatem amoribus, delectationibus, Musica, alijsque jucundis delicijs peragant, quos blanda Veneris exhilarat stella. Alij artibus ingeniosis exercendis, vel etiam mercaturæ se totos dedunt, qui à Mercurij afficiuntur fidere. Quidam Lunaris naturæ influentiam sortiti, peregrinationibus, naviis, piscaturis & similibus rebus, ætatis cursum absolvunt. Atque hoc modo magna varietas ingeniorum, ad similitudinem septem errantium stellarum perspici potest. Quamvis plurimi ex diversis horum Planetarum commixtionibus diversimodè affecti, varia etiam sectentur studiorum genera, & diverso ætatis tempore, nunc his, nunc alijs negotiis occupentur, prout tunc temporis, hujus vel alterius Planeta radijs, per progressiones occultas subjiciantur. Hasque diversitates, etiam in ipsis fratribus, ijsdem parentibus, eodem in loco editis, & similiter educatis, cernere ubique licet. Adeò ut fratres natura & moribus sæpiissimè plus dissideant, quam ulli

7.

ulli alij. Harum verò & similiū diversitatum rationes, nusquam melius quām ab Astrologia peti possunt. Quamvis non inficior, ab inferioribus etiam causis hæc quodammodo alterari. Plurima hoc loco recensere possem Genethliaca Aximata, quorum eventus rarissimè frustratur. Sed non est hujus loci, de tantæ artis innumeris Mysterijs verba facere. Id saltem conclusionis loco addere volo, quod etiamsi nihil præterea esset, quod Genethliacam prædictionum certitudinem comprobare posset; sola directionum evidens experientia id manifestè efficiet. Per directiones enim signatorum ad suos promissores, Genethliaci tempora ipsa præfinire possunt, quibus nato evidens aliquod accidens, respondente ut plurimum certo eventu, impendeat. Vix enim fieri potest, quin cum Luminaria & Ascendens Martijs aut Saturninijs alijsve malevolis per directionem obviārint locis & radijs, quin corpus, valetudinemque ipsius nati pro natura obviantis radij graviter afficiant: Interdum verò vitam penitus abrumpant, si fortis fuerit anaretæ ad aphetam progressio. Cumque tempora horum accidentium per supputationem artificialem certò præfiniri possint; Et sæpissimè ab Astrologis, subsequente certo aliquo effectu, prædicta sint: Certiusque adhuc prædicti possint, si de exquisitis siderum motibus, ut in hoc negotio opus est, adamussim constaret: Quis manifestæ experientiæ nunc contradicens, Astrorum esse in nos influentiam, eamque etiam ut plurimum juxta apotelesmata Astrologica, prævideri posse,

Objectiones variæ,  
Philosophicæ & Theologicas.

ibit inficias? Hæc quamvis ita sint, non defuere tamen semper inter viros alias eruditos, hujus tamen occultissimæ scientiæ ignaros, qui partim Theologicis, partim Philosophicis rationibus, astra in hominem non influere, conabantur asserere. Philosophi Astrologiam inter ceteras artes non esse numerandam contendunt, eò quod certis & evidenteribus careat principijs. Impossibile etiam esse ajunt, Natalitij temporis verum momentum scire, & ab eo frustra ad conceptionis tempus recurrere

currere Astrologos, cùm hoc ipsum longè magis sit incertum. Adferunt insuper argumenta, ut illis videntur, arti contraria, quod multi uno tempore nascantur, quorum sors, & in vita eventus, est diversimodus: Quod gemelli ex ijsdem parentibus eodem ferè tempore nati, diversissimam sæpenumero sortiantur fortunam: Quod plurimi in bello & pestilentia, alijsq; universalibus calamitatibus simul moriantur, quorum genesis nequaquam simile mortis genus significare potuerit: quod præter hæc inutilis sit futuroru ex astris cognitio, quamvis possibilis esset, sive bona, sive mala prædicant Astrologi: si bona; totā voluptatē, quæ ex eventu percipi debebat, per prævisionem jamdudum perisse: Sin mala; ante ipsum eventum perpetuò cruciari hominem, qui metus sæpenumero, ipso malo pejor est. Hæc est summa præcipuorum argumentorum, quæ Philosophi contra Genethliacas prædictiones adducunt. Theologi verò hæc eadem confirmantes, insuper addunt, hanc artem esse verbo Dei prohibitam, èamque tanquam impianam, & à Dei cognitione homines abducentem, ac contrabonos mores facientem, proclaimant. Verūm utrique tam Theologi, quam Philosophi de re non penitus perspecta iudicium ferunt. Nam quod Philosophi objiciunt, Astrologiam certis carere principijs: Fatemur quidem principia & axiomata hujus artis, non usque adeò esse intellectui obvia, quemadmodum Geometriæ, & aliarum Mathematicarum artium; Nec Astronomicæ certitudini comparari posse prædictiones Astrologicas, eò quòd siderum influentia non ita sensibus occurrit, quemadmodum eorum motus: Nihilominus tamen quæ certum est, astrorum esse in hæc inferiora influxum, atque evidenter appareat, illa certo tramite moveri; quamvis facilis contingat nos hallucinari in effectu prævidendo, quam in motu deprehendendo. Quemadmodum res sensibus externis perceptibles certius comprehenduntur, quam illæ, quæ à solo intellectu percipi possunt. Astrologia igitur à posteriore, hoc

III.

IV.

V.

VI.

Theologi-  
cæ obje-  
ctiones.

1.

2.

3.

4.

Responsio  
ad objec-  
tiones.

5.

re, hoc est ab ipsa experientia sua sortitur principia, & a multis particularibus raro fallentibus observationibus, universales constituit conclusiones; non aliter quam in arte Medicina fieri assolet, quæ ab ipsa experientia, herbarum & mineralium virtutes inquirit, & ex multis particularibus observationibus, deinde de earum naturis & efficacia, universale promittit judicium. Eadem itaque ratione Astrologia non minus quam Medicina inter Physicas artes jure merito numerari potest. Impossibilitatem verò, quam adducunt ex incognito nativitatis & conceptionis tempore, nullam & frivolam esse hinc facile patet. Quamvis enim de certo momento, quo homo in lucem edatur, varijs de causis ambigatur: Nihilominus Astrologi verum momentum ex accidentibus in vita, cum natus adoleverit, contingentibus, ita certò colligere possunt, ut, etiamsi plus integra hora falsum sit judicatum tempus: Tamen hac ratione in certi momenti cognitionem pervenire queant. Nec ad conceptionis tempus propterea, ut illi existimant, recurrunt Astrologi, quod per illud certius, quam natalitium atque eò melius persiderum constitutionem futura prævidere posse existiment: sed saltem, ut locum Lunæ ( retrò numerando partus in utero moram ) tempore conceptionis faciant in partu Ascendentem; Atque ex loco Lunæ, qui tunc existit, juxta doctrinam Hermetis, Ascendentis gradum in nativitate verificare possint; quam tamen Horoscopi verificationem, nulli Astrologorum tanquam certam & ratam habent, sed saltem vero proximam: eaque plerique utuntur, cum natus ad ætatem non pervenerit, & ab eventibus in vita ac præteritis casibus natalitium tempus priori illo, & certiori modo verificari non potest. Apparet itaque, quam iniuste in certo nativitatistempore sciendo objiciant adversarij Astrologis, & quam falso, eos à natalitio ad conceptionis tempus recurrere, arguant: Cùm ipse Ptolemæus afferat, conceptionis constitutionem non significare, etiamsi sciri possit, ulterius supra natum,

tum, quam, quamdiu in utero moratur, inde vero natalitium tempus usque ad finem vitæ suas significationes exercere. De ijs, qui in bello, pestilentia, alijsque universalibus calamitatibus simul moriuntur, respondemus, eorum mortes non ex particulari genesis constitutione, sed ex universali fato procedere, quod vim derogat particulari: Et externam etiam violentiam plurima efficere, quæ in astris non erant prædisposita. Unde Astrologi cauti excipiunt in suis prædictionibus universales calamitates: ut pestes, terræmotus, inundationes, bella, mutationes legum & Reip. atque his similes generales calamitates, quæ ab universali fato procedunt, quod cum fortius sit particulari, necesse est, ut suas vires latius exerat, & particulares vincat. Quod verò de ijs insuper afferunt, qui uno tempore nati, diversa sortiuntur fata, sciant, Astrologos non asseverare, cœlum in omnes uno eodemque tempore, uno eodemq; modo agere, sed pro diversitate subjecti, diversimodè cœli influxus variari: sæpenumero etiam astrorum influentiam, pro diversa educationis, disciplinæ, conversationis, & similiem in vita mutationum ratione, variè transplantari: Tum etiam liberam hominis voluntatem nequaquam esse astris subditam; sed per hanc, ductu rationis, hominem citra astrorum influentiam, si volet, plurima posse efficere. Non enim volunt Astrologi, omnes homines eodem modo necessariò recipere astrorum influxus: sed quosdam magis, quosdam minus, prout seipsos ad recipiendum aptos vel immunes reddiderunt. Eodem modo de gemellis responderi potest. Nam & in his, multas ob causas, tam inferioris naturæ, quam liberi arbitrij, diversimodè transplantantur Astrorum influxus. Et rassisimè fieri potest, ut unum habeant gemelli ascendens. Quapropter Aphetarum & Anaretarum etiam diversa erunt intervalla: Nec eadem erit in utrisque siderum influentia. Unde non necessarium erit, eos uno eodemque tempore ægrotare aut mori. Adde quod ex ipsa etiam generatione debilior sem-

III.

IV

V.

per sit natura unius, quam alterius, cùd quod duo simul & què fortis vix nasci possint: cum virtus dispersa imbecillior sit ipsa unita. Hanc verò subjecti imbecillitatem astra corrigere non possunt. Unde æqualiter in ambos gemellos, eodem tempore editos, cùm æqualiter astrorum vires non recipiant, minimè agunt. Ut interea nihil dicam de occulta illa ratione, quam aliqui astrologorum crebra observatione didicerunt, tertium ab Horoscopo signum esse secundi gemelli ascendens. Unde in utrisque tota cœli constitutio ejusque influentia diversimodè variatur. Quod verò Theologi hoc loco de Esau & Jacobo toties inculcant, quamvis ad id eodem modo responderi possit, quemadmodum de omnibus gemellis nunc diximus:

Responsio  
ad Theolo-  
gorum pro  
Lepses.

Tamen reverâ ad hanc Physicam considerationem illud exemplum non pertinet, sed potiùs ad arcanum Dei consilium referendum est, cui tota natura, tanquam suo creatori obtemperat. Sic enim Deus de illis protulit: Jacob dilexi, Esau verò odio habui. Quis autem Astrologorum inter Ethnicos adeo fuit impius & temerarius, quin concederet, Deum, universitatis autorem, liberè agere; Amare & Odisse quem volet, quomodo cunque naturæ fata essent prædisposita. Aliâs enim Deus per naturam à se conditam suæ voluntati frenum injecisset, & seipsum, quod absurdum est cogitare, captivasset. Quapropter etsi Deus Jacobum plus quam Esau dilexit, & ad splendiorem in vita fortunam evexit; Non idcirco astrorum decreta evertuntur, si hanc diversitatem eorum fortunæ, non a astris penitus: sed peculiari Dei consilio, immediate profectâ esse concedamus. Ad illud insuper, quod Theologi de prohibitis in Lege Mosaica prædictionibus Astrologicis afferunt; sic respondeo; Nequaquam in eo loco taxari veros Astrologiæ artis usus: sed Ariolorum, Aruspicum, Necromanticorum, Pythonissarum, Sortilegorum, Incantatorum, & ejus generis superstitionum divinatorum prohiberi vanitates. Reprehendi etiam eos, qui sub Astrologiæ prætextu artes Sortilegas & incertas,

certas, ut multi nostro ævo factitant, venditârunt. Nequaquam verò inde inferri potest, nullam esse stellarum influentiam, & hanc ab hominibus non observandam: Aliás Moses sibi ipsi fuisset contrarius, qui statim ab initio afferuit, sidera esse in signa condita. Omnia autem, quæ in rerum natura condita sunt, propter hominem, ut se in illis exerceat & delectetur, condita esse, quis ire potest inficias? Neque illud Jeremiæ dictum invertit, sed potius confirmat prædictiones. Nō enim ait Jeremias, cœlum & cœlestia corpora nihil significare, sed signa illa pijs hominibus non esse timenda: Verùm in Deo ipso penitus sperandum, qui astrorum infelicia decreta auferre, vel lenire possit. Eodem modo rectè aliquis diceret: Non esse Christianis à Turca vel tyrannis timendum. Nec idē sequitur, Turcam & tyrannos Christianis nocere non posse. Verùm id saltem inde infertur, non esse timendos eos, qui corpus occidere possunt; In animam vero nullam habent potestatem. Addunt insuper Theologi, illud Esaiæ: *Stent & salvent te augures cœli, qui contemplabuntur sidera, & supputabunt menses, ut ex ijs annuncient eventum tibi.* <sup>Esaia 47.  
vers. 13.</sup> Eo in loco taxatur abusus artis, & Chaldæorum superstitionis, qui confidebant suis impijs divinatoribus, & populum Dei captivum extra omnem misericordiam inhumaniter tractârunt, sperantes ex falsis prædictionibus suorum ariolorum sibi æternam felicitatem promitti, quod semper in miseros Judæos sævire pro libidine possent; Non considerantes, Deum saltem ad tempus, suum populum ob idolatriam, & alia delicta, sub eorum jugum tradidisse, & tandem hunc liberaturum, eorumque crudelitatē, quantumcunq; crederent plausibilibus suorum ariolorum prædictionibus, vindicaturum. Hanc esse genuinam dicti Esaiæ sententiam, ex ipso orationis contextu liquido patet. Nequaquam dicit, astra nihil significare, sed variam confidentiam Chaldæorum in prædictiones illas favorabiles, resistente & adverso Dœo, damnat. Atque hinc discimus, nullas causas

a. Chronic  
16. v. 12.

causas secundas & Physicas nobis opem ferre posse cùm est à nobis aversa Dei mens. Ipse itaque solus placandus, non expectanda salus à creatura rerum, quæ, Deo nolente, nihil operatur. Sic reprehenditur in sacris litteris Rex Asa, quod dolore pedum ægrotans, non posuerit spem in Domino, sed in operis medicorum. Nec propterea medicina eo in loco reprehenditur, sed saltem nimia confidentia in res creatas, neglecto ipso creatore. Objiciūt insuper Theologi: Quòd si malæ inclinationes essent ex astris, Deus, qui astra cōdidit, auctor peccati injustè censeretur. At hi non considerant, Astrologos non alligare hominis voluntatem astris: sed concedere, esse in homine aliquid, quod sit supra omnia astra exaltatum, cuius beneficio omnes malevolas siderum inclinationes, si juxta verum, & supramundanum hominem vivere volet, vincere possit. At si brutalem vitam sequi, rapique cæcis affectibus, & cum creatura rerum potius fornicari eligat; Deus non est censendus auctor hujus erroris, qui ipsum hominem ita condidit, ut omnes malevolas siderum inclinationes vincere, si volet, possit. Videant itaque Theologi, quo jure Astrologiam sacris litteris, & Deo adversam judicent, non considerantes connexionem causarum à prima in ultimas mediatè procedere, & comminationes ac promissiones divinas non temporaneas & corporales tantū esse, sed potius animi, in hac & æterna vita, beatitudinem aut cruciatum: alias hi soli pij, & à Deo electi iudicarentur, quibus fortuna, quæ plerumq; pessimis favet, ab blandiretur: Impij verò & à Deo destituti, qui adversa in hac vita opprimerentur sorte. Sunt itaq; duo diversæ: extraneas & temporaneas hominum fortunas, quæ ex astris, & alijs Physicis causis mediatè procedunt, scrutari: Et internas illas, ac supra Mundi Horizontem exaltatas, quæ à solo Deo immediate procedunt, fide apprehendere. His itaq; consideratis, nihil veræ pietati Astrologiam officere posse, nec plus quam medicorum consilia, & prædictiones, quæ eodem modo Physicæ sunt,

homi-

hominem à legitimo Dei cultu abducere existimo. Fatemur  
 quidem, plurimas superstitiones & abusus in hanc artem esse  
 introductos, sed id arti minimè vitio verti debet. Ita enim cō-  
 paratum est, ut, quod excellentior, quod sublimior aliqua sit sci-  
 entia, eō facilius in abusum deveniat. Quid ipsa Theologia  
 præstantius? quid divinus? Cum tamen hæc ipsa per maxi-  
 mam orbis partem inde ab initio, plena superstitionum, abu-  
 suum & hæresium fuerit. Idemque in alijs facultatibus Medi-  
 cina & Jurisprudentia, ceterisque liberalibus exercitijs videre  
 licet: cum nulla harum sit, quin suis mendis & abusibus sit re-  
 ferta. Committunt etiam ipsi Astrologi in suis prædictionibus  
 multa sæpenumerò errata, quæ ipsorum non artis culpâ con-  
 tingunt. Vitia enim & errata artificum arti ipsi imputari non  
 debent: Cumque difficillima sit Astrologiæ cognitio, & pau-  
 cissimis detur, summis labijs prima ejus exordia degustare;  
 Venia danda erit, si aliquando contigerit hujus artis studiosū  
 à scopo aberrare. Nec propterea error ille, in artis ignomini-  
 am cedere debet. Restat, ut ad id respondeamus, quod adver-  
 rij tandem inferunt, inutilem esse astrorum præscientiam, eō  
 quod sive bona, sive mala prædixerint Astrologi, neutra præ-  
 scire expediat. Id quidem ita se haberet, si necessariò recipere-  
 mus astrorum influentiam, eamque non immutare, vel cor-  
 rigere possemus. Ideoque non solum non inutile est, sed maxi-  
 mè expedit, impendentia astrorum decreta præscire, ut, si bo-  
 na fuerint, non insolenti animo inopinatam felicitatem exci-  
 piamus: si mala, ante eorum adventum, nos præmunire &  
 præcavere possimus. Rectè igitur dixit Autor Centiloquij: Po-  
 test, qui sciens est, multos astrorum effectus corrige, seḡ ante il-  
 lorum adventum preparare. Ideoque plurimi ignorantes sibi ab  
 astris dependentia decreta, non solum hæc anteverttere ne-  
 sciunt, sed cæci in sua ruunt infortunia, & astrorum malevo-  
 lam significationem potius adaugent, quam imminuunt. In  
 prosperis verò & ex voto succendentibus rebus cùm ex inopi-  
     nato,

nato, sine prævisione illis contingant, tanta animi confidentia efferuntur, ut sæpenumero ob id in pœnam superbiæ meritò impingant. Non enim minus difficile est, se constantem & æquali animo in rebus secundis, quam adversis præbere. Hanc autem constantiam & fortitudinem longè melius præstabit, qui futura multo ante præviderit.

## Pororatio.

Hæc de prædictionibus Astrologicis prolixius in mediū adduxi, quod hæc ut plurimū, non solū à vulgo, quod omnes artes æquali odio prosequitur: sed à quibusdam etiam eruditis hominibus in dubium vocentur: Quamvis sola artis ignorantia eos excusare possit. Pergunt enim arti contradicere, cuius principia summis labris non degustarunt, & cum in aliqua cognitione excellunt, de omnibus alijs rebus, quamvis ab ea cognitione longè dissitis, sibi judicium arrogant. Solus Picus Mirandula Astrologiæ gnarus eam ex proprijs Apotelesmatibus convellere aggressus est. Sed hujus objectionibus Lucius Bellantius eruditò scripto jamdudum respondit: Et ipse Picus mortuus anno ætatis 33, quem tres Astrologi illi fatalem ex directione ascendentis ad corpus Martis prædixerant, Astrorum efficaciam, quam infringere voluit, nimis certo eventu, proprio interitu comprobavit. Atque hæc de Mathematicis disciplinis, ipsaque Astrologia, generaliter & tenui Minerva, hoc loco & tempore sufficienter dicta sint.

Restat nunc, ut vos mei instituti certiores faciam. Cum itaq; Regiae Majestatis & vestræ petitioni nunc obtemperare, & quædam in Mathematicis Scientijs publicè proponere decreverim: Nihil mihi visum est commodius, & è re dissentium utilius, quam alteram Astronomiæ partem, quæ motus secundi mobilis complectitur, breviter tradere: Cum primi mobilis doctrina per se facilis sit, & alias in hac Schola sæpenero prælegatur. Id autem hac ratione absolvere constitui, ut modum supputandi veros Planetarum motus, ex Tabulis Prutenicis, quæ in hoc negotio sunt exactissimæ, ostendam, unaque Circulorum, quibus Planetas moveri imaginamur, & ex quorum supputatione numeri Tabularum supputati sunt, cohærentiam, ac ordinem demonstrabo: Ut hac descendendi methodo pulcerrimus fructus doctrinæ secundi mobilis, quæ motum septem etrantium stellarum complectitur, vobis innotescere possit.





5. Jan 1980

Matz 110

Rudolf

EX  
LIBRIS  
Goth  
BUNDY  
A. N. T.